



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnium Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

Parisiis, 1644

XI. De virginibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

ANNO
CHRISTI
444

necessitate cogente. Cuiuscumque autem pœnitentis publicum & vulgatissimum crimen est, quod vniuersam ecclesiam commouerit, ante absidem manus ei imponatur.

XI.

Vt virgines sacræ, cum parentibus (a quibus custodiebantur) priuatæ fuerint, episcopi prouidentia (vel presbyteri, vbi episcopus absens est) in monasterio virginum, vel grauioribus feminis commendentur, vt simul habitantes, inuicem se custodiant; ne passim vagando ecclesiæ lædant * existimationem.

Cod. Can. cap. 44. & in Carthagin. III. cap. 53.

* opinio-
nem.

XII.

Vt ægotantes, si pro se respondere non possunt, cum voluntatis eorum testimonium sui dixerint, baptizentur. Vt scenicis atque histrionibus, ceterisque huiusmodi personis reconciliatio non negetur.

De consecr. dist. 4. Ægotantes si pro. Cod. Can. cap. 45. & in Carthag. III. cap. 34. & 35.

XIII.

Liceat etiam legi passiones martyrum cum anniuersarii dies eorum celebrantur.

De consecr. dist. 2. Scenicis atque histrionibus. Cod. Can. cap. 46.

XIV.

De Donatistis placuit, vt consulamus fratres & confacerdotes nostros Siricium & Simplicianũ de folis infantibus qui baptizantur penes eosdem, ne (quod suo non fecerunt iudicio) cum ad ecclesiam Dei salubri proposito fuerint conuersi, parentum illos error impediatur, * ne promoueantur sacri altaris ministri. Quibus insertis, Honoratus & Urbanus episcopi, legati prouinciæ Mauritanie Siphensis, dixerunt: Iamdudum cum apud sanctita-

qu. 4. cap. Placuit vt. Cod. Can. cap. 47.

* ne pro-
uehatur,
vel, quo-
minus
promou-
eantur